



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 26. Disputatio sine ullo successu sinita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

**Sæcul. XVI.****A.C. 1563.**

Hæc congregatio ad bidui spatum protrahebatur, quo tempore reliqui Patres subinde suas quoque sententias proponebant, inter quos Pater Layensis, qui non modo supremus Jesuitarum Moderator, sed & Theologi Pontificii munus obibat, in dubium vocare videbatur, an matrimonia clandestina irrita declarandi jus, ac potestas Ecclesiæ competat: suam autem sententiam hoc fulciebat argumento, quod Ecclesia ab illa sanctione per continua quindecim sæcula abstinuerit, tametsi eadem, de quibus nunc querela movetur, accidissent incommoda: sed ei respondebatur, quod Ecclesia semper contra hoc malum fructuosa speraverit remedia, quæ tamen cum experimento inefficacia esse cognosceret, ad hoc tandem devenire coacta fuerit: si vero Lainesii ratio vim haberet, haud expediret legem ullam novam in Concilio condere, cum liceret opponere singulis, ab Ecclesia per quindecim sæcula eas conditas non fuisse.

**§. XXVI.***Disputatio sine ullo successu finita.***Pallav. n. 9.**

**M**ajorem adhuc concitabat contentionem Adrianus Valentinus, patria Venetus ex Ordine Fratrum Prædicatorum, qui exemplum produxit  
Pseudo.

Pseudo-Synodi Ariminensis, & secundum  
Epheſinæ, in quibus minor Patrum  
numerus saniores sententias propugna-  
bat: ad hæc ingens strepitus excitaba-  
tur, perinde acſi cum Tridentina Sy-  
nodo illa nequaquam legitima Conci-  
lia conferre, atque ex illis compro-  
bare voluiffet, quod nunc, etſi major  
ſuffragantium numerus ſuæ ſententiæ  
obſifteret, non tamen propterea ab ea  
recedendum eſſet.

Sæcul XVI.  
A.C. 1563.

Denique post crebras altercationes  
ultra, citroque habitas Congregationes  
absque ſuccesſu finiebantur; quovis e-  
nim ſuæ ſententiæ pertinaciter inhæ-  
rente nulla concordia iniri potuit: imo  
ob hasce contentiones Seflio die deci-  
ma ſexta Septembris, prout convene-  
rat, haberi non valuit, ſed illam ad  
diem undecimam Novembris sancto  
Martino ſacram prorogare oportuit,  
insuperhabitibus quorumdam Praefulum  
querelis, quorum tamen rationem non  
eſſe habendam, credebant ceteri: In-  
terea Grimani Patriarchæ cauſa com-  
ponebatur; quippe Judices ad diſcu-  
tiendum hoc negotium nominati, ubi  
Mense Septembri conuentum habue-  
runt, ac Theologorum ſententias per-  
ceperunt, declarabant, quod ejusdem  
Patriarchæ epiftola, atque apologia nec  
hæreticæ, nec de hærefi ſuſpectæ eſſent,

Hb 5 imo

**Sæcul. XVI.**  
A.C. 1563.

imo nec scandalosæ, neque tamen typis publicis edendæ, eoque in illis quædam difficultiora occurrerent loca, quæ ibidem non satis exacte explicata sunt; nihilominus Grimanus nec Patriarchæ *Pallium*, nec Romanam Purpuram obtainere poterat, proin in hac Synodo unice juris quæstio, quæ quædam hujus Patriarchæ scripta concernebat, examinabatur, & quæstio facti circa accusationum capita sacræ Inquisitioni relinquebatur, nam is inter alia insimulabatur, quod arctam soveret amicitiam cum ejusmodi Viris, qui postea de hæresi convicti fuerant: insuper alias adhuc accusations contra illum, ejusque sententias proferebantur.

§. XXVII.  
*Lotharingius Cardinalis Romanus profectus.*

*Pallav. c. II.* Die decima octava ejusdem Mensis  
*n. 2.* Septembris, vel circiter hac die  
*Mem. p. 503.* Lotharingius Cardinalis iter coepit Romanam versus, comitantibus eum diversarum Nationum Episcopis, ac Theologis, inter quos Pragensis Archiepiscopus numerabatur: porro eundem summus Pontifex perhonorifice excepit, atque in Vaticano Palatio habitaculum assignans illum publice visum ibat.

§. XVIII.